Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25990
Copyright: Admont, Benediktinerstift



·R·

do pertinet ad iudicium confessionis. iij. in iudicio humano. Iudex fit sententiam culpa et pena eque compensata. Exod. xxj. Oculum pro oculo. Deinde pro dente. In iudicio vero divino. Iudex fit sententiam culpa remissa et pena in proporcionabiliter mitigata. s. temporali pro eterna. finiti. n. ad infinitum. nulla est proporcio. quia in nulla quantitate sumptum reddit infinitum. Ps. Non secundum peccata nostra fecit nobis. nec secundum iniquitates nostras retribuit nobis. etc. Que iocunditas. i. mansuetudo pertinet ad iudicium satisfactionis. Ergo iudicia dei sunt iocunda. i. peccatorem exhilarancia et in se mansuetudinis plenitudine informata. videlicet iudicium regeneracionis in quo peccatores exhilaravit pro ipsis satisfactionem exhibendo. et ex illa virtute sacramento tribuendo. Item iudicium confessionis in quo letificat confessis veniam donando. Item iudicium satisfactionis in quo letificat penam infinitum mitigando. Predicte autem exponi. s. quod suspicatur sit de se ipso timore ignorancie obliviosis vel erroris circa predicta aliena occulta et incerta peccata. Concordat translacio ad verbum quod dicit Aug. Ame obprobrium quod reveritur sum. etc. Aug. vero exponi aliam addit dicens. quod potest intelligi obprobrium suspicionis non de se tantum sed de aliis. ita quod reprehendat in se iudicium temerarium de aliis. quod non est obprobrium ex probratorum. sed dubie exprobracium. sicut dicit Eccl. iij. Multos subplantavit suspicio eorum. unde exponit sic. Aug. obprobrium meum quod suspicatur sum. s. ut si dominum colam vel legem observem non propter dominum. sed propter aliud. puta propter cupiditatem vel voluptatem vel vanitatem in lege ex lege sectandam. hec et alios similiter facere credam. Sed de dubiis nobis tua iudicia sunt iocunda. quia nostra iudicia sunt temeraria et severa. tua iudicia certa et mansueta. quia sensus est satis consonus est littere. 3. VIII.

s. de aliis sic in me ipso expertus sum

Ecce concupivi mandata tua. etc.

Que actenus petivit in isto octonario concludendo repetit. ut ex his que ex meritis per gratiam ad ulteriora petenda procedat. unde dicens. Ecce concupivi mandata tua. pretendit petendi meritum. et subiungens in equitate tua vivifica me. exprimit in genere sue peticionis intentum. quod in sequenti proximo octonario exponit in specie et in partibus. cum dicit. Veniat super me misericordia tua domine. Ecce concupivi. s. sicut patet ex precedentibus que petivi. Concupivi. i. simul et totaliter concupivi. non ex parte quasi nolens et volens. quasi deo et mammone serviens. sed ex toto corde et perfecte. Ps. In mandatis eius cupit nimis. i. valde et perfecte. Concupivit itaque tripliciter. j. se totum ad mandatorum obedienciam submittendo. cum dixit. Legem pone mihi domine. etc. que utique obedientia est magni meriti. j. Re. xv. Numquid vult dominus holocausta aut victimas et non potius ut obediatur voci eius. etc. ij. ipsi legem spiritalem intelligenciam expetendo. i. Da mihi intellectum. etc. que intelligencia est magni doni. Sap. iiij. Initium sapiencie verissima concupiscencia disciplinae. Item Sap. ix. Hec ipsum est sapiencia scire cuius sit hoc donum. etc. iij. ad observandum sua expedicionem per impedimentorum remocionem postulando. i. In clima cor meum. etc. quod est divini auxilij. Job. xij. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine. nonne tu qui solus es. etc. Rom. iij. Ipse est iustus et iustificans eum qui ex fide est ihesu christi. etc. In equitate tua vivifica me. quasi dicat quia concupivi taliter et concupitum adipisci non possum sine gratia. Ideo vivifica me. s. vita gratie per quam lex possit intelligi et servari. quia gratia per solum ihesum christum facta est. ut dicit Joh. j. unde et ipsum salutare dei. i. christum ad hoc petit et expetit ad venire statim in sequenti octonario. Veniat super me.